Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ihs dixit ad illum. Simon:
habeo tibi aliquid dicere. At
ille ait. Magister dic. Dicit
ei ihs. Duo debitores erant
cuidam fenatori: unus debe
bat denarios quingentos,
alius quinquaginta. Non
habentibus autem illis unde
redderent: donauit utrisque.
Quis ergo eum plus diligit?
Et respondens simon dixit. Estimo
quia is cui plus donauit. At
ille dixit ei. Recte iudicasti.
Et conuersus ad mulierem dixit simoni.
Videsne hanc mulierem? Introiui
in domum tuam: aquam pedibus
meis non dedisti. Hec autem
lacrimis rigauit pedes meos:
et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hec autem ex quo introiui non cessauit osculari pedes meos.
Oleo caput meum non unxisti: hec autem unguento unxit
pedes meos. Propter quod
dico tibi. Remittuntur ei peccata
multa: quoniam dilexit multum.
Cui autem minus dimittitur:
minus diligit. Dixit autem ad
illam. Remittuntur tibi
peccata tua. Et ceperunt qui
simul accumbebant dicere
intra se. Quis est hic qui
etiam peccata dimittit? Dixit
autem ad mulierem. Fides tua
te saluam fecit. uade in pace.

Dominica. Filie regum. secreta.
Munera nostra quesumus domine
placido multum intuere et
precibus ut sancti spiritus profundatur
benedictione. et cordibus nostris
eius tuis nobis dilectionem
accendat qui mente maie
magdalene nimio amore
flagrauit. Per dominum. etc.
Co. Diffusa est gratia. post co.
Sumentes domine sacramenta
celestia quesumus clementiam
tuam: ut beate maie mag
dalene suffragantibus meritis
nostra celeranter sacramenta. cuius
ob nimiam dilectionem multa
sunt dimissa peccata. Per.
in festo apostolorum Sacerdotes et.
cum ceteris in communi. Oratio.
Deus qui hodierna
die beati apostolorum
meritis tui atque